



19 Por la razon de nacimiento pertenecen á esta misma metrópoli los gloriosos hermanos San Leandro, San Fulgencio, Santa Florentina y San Isidoro, naturales de Cartagena; aunque por su grandeza y feliz tránsito honraron también á otra provincia é iglesias, como declaráremos al tratar de la Bética.

20 San Frutos, natural de Segovia; fué por la misma razon santo de la metrópoli de Toledo, como San Fandila de Guadix, y otros que respectivamente se irán expresando en sus iglesias.

APÉNDICE I.

DE LAS ACTAS DE LA CONFESION DE SANTA LEOCADIA.

1 Las actas de Santa Leocadia tienen la recomendacion de hallarse citadas en el siglo IX por Adon Vienense, el cual para dar autoridad al martirio de Santa Eulalia de Barcelona, y á los de San Cucufate y San Félix, recurrió, en el día 10 de Febrero, á las actas de la pasion de Santa Leocadia, *Scriptum, dice, in passione Sanctae Leocadiae*. Este instrumento parece ser el mismo que exhibimos; pues se halla en él la mencion expresa de Félix, Cucufate y Eulalia; y aun Adon y el Martirologio Romano tomaron de aqui la voces con que expresan la muerte de nuestra santa: *Genibus in oratione positus, que se hallan puntualmente en ese documento con las siguientes, impollutum spiritum Christo reddidit.*

2 Domingo Georgi, en su nuevo Adon ilustrado, dice, sobre el día 9 de Diciembre, que no se hallan las actas genuinas de la santa (1); y que, segun Solerio, tienen los Padres Antuerpienses, jesuitas, algunas manuscritas que dar á luz, las cuales más parecen panegíricos que historia. Segun esto son distintas de las que aqui ofrecemos; pues éstas parece que no incluyen cláusulas que excedan la línea puramente historial, sin distraccion á conceptos panegíricos.

3 El genio y color del escrito me parece de notable antigüedad. El estilo ha padecido algo por las copias, que muestran estar truncadas en diversos pasajes: pero esto no defrauda la antigüedad, como se ve en otros documentos.

4 Los que me han servido para el ejemplar que ofrezco son los breviarios antiguos del siglo XV, de Toledo y de Búrgos, con el eborense del siglo XVI, un MS. del P. Juan de Mariana. Y advierto que el P. Mariana estampó estas actas en una historia latina (2); pero con

(1) Acta sincera non supersunt.

(2) Lib. IV, cap. XIII.

todo eso insisto en citar el MS., porque hay alguna variedad y cualquiera puede consultar lo impreso. De las actas que dió Tamayo no quiero hacer mencion, porque las vició con interpolaciones voluntarias.

Estando para ir á la imprenta este pliego, llegó á mis manos un gran libro MS. en pergamino de hoja atlántica, que es de la biblioteca de los Padres Franciscanos de San Juan de los Reyes de Toledo, obtenido para el fin de copiarle, por benignidad y franqueza del Rmo. P. Fr. Pedro Juanecio de Molina, general de todo el orden de San Francisco, donde entre otras muchas pasiones de mártires se incluyen estas actas; pero no añadidas nada á lo que va propuesto. Desde el tomo siguiente empezaremos á citar y utilizarnos del mencionado códice, anticipando desde ahora la mencion, así para dar este nuevo apoyo á las actas siguientes, como por no escasear la gratitud. Ningun breviario pone la pieza entera, escogiendo precisamente las partes que correspondian al orden de sus lecciones; pues el burgense no pone el final, el eborense omitió el principio; el de Toledo por abrazar la sustancia de la historia omitió muchas cláusulas. De los tres resulta el todo que propongo, sin que haya voz que no conste por alguno de ellos; y cuando la variedad es de alguna importancia, la prevengo con las notas de B., que significa el Burgense; E. el Eborense; M. Mariana; T. el Toledano.

Compruébase por este documento que la persecucion de Diocleciano alcanzó á las Galias: pues por lo mismo que hay fundamentos para la afirmacion y negacion, es importante la comprobacion que se halle para determinar. Pero no puede disimularse que por ésta no se puede establecer persecucion más que en la Galia Narbonense, por ser aquel el camino real de Italia para España, y saberse que entró Daciano por los Pirineos, como consta por los martirios de Gerona y Barcelona. Lo mucho que viajó Daciano por España, y lo poco que duró la persecucion, pues no pasó de dos años, no permiten decir que se internase ó distrajesse por las Galias, sino precisamente por la Narbonense, y no de asiento, sino como de paso; pues el destino fué á España, segun consta por la inscripcion puesta en el tomo I (1), donde vemos que su título era Presidente de las Españas, que es el mismo destino que expresan estas actas, *ad evertendam Spaniam*, sin que se lea haber sido pretor de las Galias. Por tanto, el daño que hizo allí debe contraerse á las ciudades que eran camino para venir acá, reservando su fuerza y

(1) Pág. 243.



encono principal contra las provincias de España.

ACTAS DE LA CONFESION Y PASION DE SANTA LEOCADIA.

1 In temporibus illis, dum post corporeum Salvatoris adventum, et pro redemptione nostra sanguinis ejus effusionem, ad inferos descensionem, à mortuis resurrectionem, et in Caelos ascensionem, Evangelica eruditio sensim atque gradatim Apostolorum doctrina in omnem terram refulsisset; serò (1) tandem in Spania finibus innotuit: eratque rara fides, et ideò magna, quia rara. Delubra vero gentilium in omni loco sacrilega effusione sanguinum, taurorum, hircorumque fumabant. Et quoniam nonnullae civitates, oppida, vici, castella, plena erant fanorum, monstruorum, aliisque imaginibus ex auro, argento, et omni metallo (2) (erant) colebantur præterea in effigie daemonis; propterea paganorum palpitabat: conventicula verò nominis sacratissimis et abditissimis locis à paucis et perfectis ingrediebantur peragenda; et quantum crescebat Christi nominis dignitas, tantum deficiebat execranda calamitas: ita pervenit (3), ut in nonnullis urbibus perfectæ fidei flagrarent incendia; ut non jam per latebras occultando, sed publicè Ecclesiae sacerdotibus, et omni præpollerent clero.

2 Quæ fama non solum Italiam totam, sed et Bizantium peregravit. Quæ causa fuit, ut impiissimum Datianum Præsidentem Diocletianus et Maximianus Imperatores ad evertendam, magis quam ad gubernandam, destinarent Spaniam. Primum namque Galliam, ut lupus cruentus intravit; ibique exsatiatus sanguine martyrum, ac cadavera (4) crapulatus ructans, Spaniam aggressus est (5). Felicem, Cucufatem, Euliam, et alios, quorum nomina longum est scribere, gravissimis tormentis afficiens, Deo animas consecravit innocuas; ac post inde felicissimam Cæsaraugustam quasi leo fredens iter (6) arripuit. Quanta ibidem ludibria, quanta verbera, quot cruces, quotque effusiones sanguinum in ea operatus fuerit lingua taceat, ipsa quæ rigata (7) est christianorum sanguinibus

(1) M. y el T. sera tandem Spania. M. omite finibus.

(2) M. sine fanorum, monstruorumque imaginibus ex auro, argento non erant.

(3) M. y el T. fiebat.

(4) B. cadavere.

(5) T. ingressus est.

(6) Falta ter en el T.

(7) B. polluta.

terra loquetur; eo quod nullus exceptus fuerit qui tali situ (1) non teneat redivivos ac florentissimos cineres martyrum locus.

3 Inde alacri profectu Complutensem ingreditur civitatem (2). Pro cruore lac truncatis corporibus fundens, geminas margaritas in diademate nostris Regis affigendas, et innocentiae dignitate velut auro conspicuas, Justum et Pastorem à terra ad Caelos per feralem impietatem pius Dominus suscepit.

4 Deinde adveniens Toletanam civitatem ingressus cepit sagaci indagine perquirere membra sanctorum; ibique reperit (3) Deo dicatam Sanctam Leocadium, genere nobilissimam, nobiliori tamen proposito mentis ornatam; quæ non diebus, non noctibus pervigili cura ab oratione cessabat. Qui cum eam præsentari suis conspectibus præcepisset, ita affatus est: Cur te tam levis (4) et vana deludit circumventio, ut de tam præclaro genere nata derelinquas cerimonias Deorum nostrorum, et nescio cui Christo te proferas servitutam? Cui beata Leocadia cum grandi audacia ita ad hæc respondit: «Non me tua suasio à proposito Christi, cui me integram volvi, revocat; non illusio verborum tuorum, nec blandimenta natalium quibus me suadere conaris, retrahet à servitute vel promissione Domini mei Jesu Christi, qui nos pretioso sanguine suo redimens magna induit libertate.»

5 Fremens itaque Datianus præcepit militibus arctissimis vinculis beatam Leocadium colligatam in carcerem trudi; cogitans qualibus tormentis vel pœnis eam posset affigere.

6 Properans itaque Eboram (5) ingressus officium omne (6) præmonet, ut indagine percurrentes Christianos quoscumque invenissent, ejus tribunali præsentarent. Statimque reperit adolescentem quemdam nomine Vincencium (7), cujus meritum nomini comitabatur suo, comprehensum ejus conspectibus sistunt (8), quem cum Sabina et Christeta, ejus sororibus, in Abulensem civitatem prosequens, digna pro Christo munera consecravit. Profectusque ab Eboram (9) Emeritensem ingreditur civitatem.

(1) M. bustuali situ.

(2) M. Protinus pro cruore.

(3) B. cæpit.

(4) E. labilis.

(5) B. y el Eb. Eboram. M. Helboram. T. Eboram.

(6) E. conquisitores præmonet.

(7) Así M. falta en los breviarios lo incluido entre los 44.

(8) T. ab Abula.

(9) Hállase todo este punto en M. y en el Toledano Franciscano.



APENDICE II.

ACTAS DE LAS PROFESIONES, Y SENTENCIA DEFINITIVA DEL CONCILIO PRIMERO DE TOLEDO.

§ I.

Incipiunt exemplaria professionum in concilio toletano, contra sectam Priscilliani.

ERA CCCC.XXXVIII.

1 Post habitum jam Concilium Kal. septembribus, tertio Nonas Septembris, post diversas cognitiones tunc habitas, sub die octavo Iduum septembrium excerptæ sunt de plenariis gestis professionis Domini Symphosii, et Domini Dictinii sanctæ memoriæ episcoporum, et Domini sanctæ memoriæ Comasii, tunc presbyteri, quas inter reliquos habuerunt in Concilio Toletano, de damnatione Priscilliani, vel sectæ ejus, in hunc modum.

2 Post aliquanta, et inter aliquanta eodem tempore acta, Dictinius Episcopus dixit: Audite me, optimi sacerdotes, corrigite omnia, quia vobis correctio data est. Scriptum est enim. Vobis datæ sunt claves regni Cælorum. Sed peto à vobis, ut claves nobis regni, non portæ aperiantur Inferni. Hæc, si dignamini, omnia ante oculos pono. Hoc enim in me reprehendo, quod dixerim unam Dei et hominis esse naturam. Item dixit: Ego non solum correctionem vestram rogo, sed et omnem præsumptionem meam de scriptis meis arguo, atque condemno. Item dixit: Sic sensi, testis est Deus. Si erravi; corrigite. Item dixit: Et paulò ante dixi, et nunc iterum repeto: In priori comprehensione mea, et in principiis conversionis meæ, quæcumque conscripsi, omnia me toto corde respuere. Item dixit: Excepto nomine Dei, omnia anathematizo. Item dixit: Omnia quæ inveniuntur contra fidem, cum ipso auctore comdemno.

3 Symphosius Episcopus dixit: Juxta id quod paulo ante lectum est in membrana nescio qua, in qua dicebatur filius innascibilis, hanc ego, doctrinam, quæ aut duo principia dicit, aut filium innascibilem, cum ipso auctore damno qui scripsit. Item dixit: Ego sectam, quæ recitata est, damno cum auctore. Item dixit: Ego sectam malam, quæ recitata est, damno cum auctore. Item dixit: Date mihi chartulam; ipsis verbis condemno. Et cum accepisset chartulam, de scripto recitavit: Omnes libros hæreticos, et maxime Priscilliani doctrinam, justa quod hodie lectum est, ubi innascibilem filium scripsisse dicitur, cum ipso auctore damno.

4 Comasius presbyter dixit: Nemo dubitet, me cum domino meo Episcopo sentire, et omnia damnare, quæ damnavit, et nihil ejus præ-

Illico tribunal sibi præparari præcepit; multosque Sanctos crudeliter sanguine fuso transmisit ad Dominum. Inter quos Sanctam Eulaliam multis crutiatis, multisque verberibus afflictam, igne applicato Domino consecravit.

7 Cumque tam crudelium ejus gestorum in Toletanam urbem ad beatam Leocadium percurrisset fama, genibus in oratione positis in eodem quo retrusa tenebatur confessionis loco, oratione completa suum Domino commendavit et emisit spiritum. *El Breviario antiguo Ebo-reuse dice:* Impollutum Deo reddidit spiritum, quinto Idus Decembris; ad laudem Christi, qui martyres et confessores suos coronat in pace. *Mariana:* Domino commendavit spiritum, qui Martyres et Confessores suos coronavit in pace: cui est honor et gloria, virtus, et potestas in sæcula sæculorum. Amen.

ORACION DEL MISAL MUZÁRABE EN LA FIESTA DE SANTA LEOCADIA.

Inlatio.

Dignum et justum est Omnipotens Pater tibi in honorem confessoris tuæ Leocadiæ gratias agere per Jesum Christum Filium tuum Dominum nostrum: cujus nec fides necessitate sexus variatur, nec virtus teneritudine muliebrium artium enervata dissolvitur. Invictum enim Ecclesiæ Catholicæ caput ita suis membris subrogavit virtutes augmentum, ut non solum viros sui nominis testes in certamine victores per patientiam redderet; verum etiam feminis triumphalem coronam per tolerantiam condonaret. Implacabilis quippe carnificis furor exquisita supplicia membris muliebribus admovebat, sed virilis in feminis virtus inlata cruciamenta tenebat. Nec enim debuit fremitum viri formidare tortoris, quæ intimio palatio mentis præsentis fruebatur præsidio Salvatoris; et quoniam invicti Regis auxilio utebatur in corde, cruciatus fortiter vincebat in corpore. Sed in his omnibus Christus Dominus Unigenitus tuis continuis laudibus est glorificandus, qui est ubique laudabilis, ubique mirabilis, qui et Mariam Matrem inlibatam ab omni corruptione servavit, et Leocadium famulam sui nominis fidelissimam testem in oratione suscepit. Et sicut Mariam fecit virginem permanere post partum, ita Leocadium victricem fecit esse post transitum. Quem concludant omnes Angeli et Archangeli, ita dicentes: Sanctus, etc.



ferre sapientiæ, nisi solum Deum. Atque ideò nolo me dubitetis aliud esse facturum, aliterve sensurum, quam quod professus est: ac proinde quomodo dixit Episcopus meus, quem sequor, quicquid ille damnavit, et ego damno.

5 ERA, qua supra, sub diem tertium Iduum Septembrium, professiones sanctæ memoriæ episcoporum domini Symphosii, et domini Dictinii, et sanctæ memoriæ Comasii tunc presbyteri. Comasius presbyter dixit: Non timeo frequenter dicere, quod semel dixissem, ut gaudeam. Sequor auctoritatem Episcopi mei Symphosii, sequor sapientiam senis. Sentio quod dixi: si jubetis ex cathula relegam. Omnes id sequantur, qui voluerint vestro hæerere consortio.

6 Et Comasius presbyter ex chartula legit: Cum Catholicam et Nicænam fidem sequamur omnes, et scriptura recitatis sit, quam Donatus presbyter, ut legitur, ingressit, ubi Priscillianus innascibilem esse filium dixit, constat hoc contra Dicænam fidem esse dictum; atque ideò Priscillianum hujus dicti auctorem, cum ipsis dicti perversitate, et quos male condidit libros, cum ipso auctore condemno.

7 Symphosius episcopus dixit: Si (1) quos male condidit libros, cum ipso auctore condemno. Dictinius episcopus dixit: sequor sententiam domini mei et patris mei, et genitoris et doctoris mei, Symphosii: Quæcumque loquutus est, loquor. Nam scriptum legimus: Si quis vobis aliter evangelizaverit, præterquam quod evangelizatum est vobis, anathema sit: et idcirco omnia, quæ priscillianus, aut male docuit, aut male scripsit, cum ipso auctore condemno.

§ II.

Exemplar definitivæ sententiæ translata de gestis.

1 Die qua supra, Episcopi dixerunt: Legatur scriptura sententiæ. Et legit: Etsi diu deliberantibus verum, post Cæsaraugustanum concilium, in quo sententia in certos suosque dicta fuerat, sola tamen una die, præsentis Symphosio, qui postmodum declinando sententiam, præsens audire contempserat, arduum nobis esset audire jam dictos, literis tamen sanctæ memoriæ Ambrosii, quas post illud concilium ad nos misserat; ut si condemnassent, quæ perperam egerant, et impressent conditiones, quas præscriptas literæ continebant, revertentur ad pacem (adde quæ sanctæ memoriæ Syricius Papa suasisset) magna nos constat præstitisse patientiam: et si prius indictum in Toletana urbe concilium declinarant, ad quod

(1) Sic.

illos evocaveramus, et audissemus, cur non impressent conditiones, quas sibi ipsi, sancto Ambrosio præsentis et audiente posuissent, patuit respondisse Symphosium, se à recitatione eorum, quæ dicebant martyres, recessisse, ac de hinc deceptum tentumque, per plurimos secus aliqua gesisse reperimus, nullis libris apocryphis, aut novis scientiis, quas Priscillianus composuerat involutum: Dictinium epistolis aliquantis penè lapsum, quas omnes sua professione condemnans, correctionem petens, veniam postularet. Quem constat, ut Symphosius fecit, quæcumque contra fidem Catholicam Priscillianus scripserat, cum ipso auctore damnasse. Cæterum extortum sibi de multitudine plebis probaret Symphosium, ut ordinaret Dictinium Episcopum, quem sanctus Ambrosius decrevisset, bonæ pacis locum tenere presbyterii, non accipere honoris augmentum. Contentur etiam illud quod alios per diversas ecclesias ordinassent, quibus deerant sacerdotes; habentes hanc fiduciam, quod cum illis propemodum totius Galliciæ sentiret plebium multitudo. Ex quibus ordinatus est Paternus Bracharenensis ecclesiæ episcopus. In hanc vocem confessionis primus erupit: et sectam Priscilliani se scise, sed factum episcopum liberatum se ab ea, lectione librorum sancti Ambrosii esse juraret.

2 Item Isonius nuper baptizatum se à Symphosio, et episcopum factum, hoc se tenere, quod in præsentis Concilio Symphosius professus est respondit.

3 Vegetinus verò olim, ante Cæsaraugustanum concilium episcopus factus, similiter libros Priscilliani, cum auctore damnaverat, ut de cæteris acta testantur. De quibus qui consuluntur episcopi, judicabunt.

4 Herenas clericos suos sequi maluerat; qui sponte, nec interrogati, Priscilianum catholicum, sanctumque martyrem clamassent, atque ipse usque ad finem, catholicum hunc esse dixisset, persecutionem ab episcopis passum. Quo dicto omnes sanctos, jam plurimos quiescentes, aliquos in hac luce durantes, suo iudicio deduxerit in reatum. Hunc cum his omnibus, tan suis clericis, quam diversis episcopis, hoc est, Donato, Acurio, Emilio, qui ab eorum professione recedentes, maluissent sequi consortium perditorum, decernimus ab sacerdotio sumovendum, quem constaret etiam de reliquis verbis suis convictum per tres episcopos, multos quoque Presbyteros, sive diaconos, cum perjurio esse mentium.

5 Vegetinum autem, in quem nulla specialiter dicta fuerat ante sententia, data professione, quam synodus accepit, statuimus communioni nostræ esse reddendum.



6 Paternum, licet pro catholica fidei veritate, et publicata hæresis errore, libenter amplexi, Ecclesiam in qua episcopus fuerat constitutus, tenere permissimus; recepturi etiam in nostram communionem cum Sedes Apostolica rescripserit.

7 Reliqui qui ex provincia Gallæcia ad concilium convenerant, et in Symphosii semper communionem duraverant, accepta forma à concilio missa, si subscripserint, etiam ipsi in cælestis pacis contemplatione consistant; expectantes pari exemplo, quid Papa, qui nunc est, quid sanctus Simplicianus Mediolanensis episcopus, reliquique ecclesiarum rescribant sacerdotes. Si autem subscriptionem formæ, quam missimus, non dederint, ecclesias quas detinent, non retineant; neque his communicent qui reversi de Synodo, datis professionibus ad suas ecclesias reverterunt.

8 Sanè Vegetinum solum cum Paterno communicare decrevimus. Symphosius autem senex religiosus, qui quod egerit supra scribimus, in Ecclesia sua consistat, circumspiciat circa eos, quos ei reddemus, futurus, inde expectabit communionem, unde prius spem futuræ pacis acceperat. Quod observandum etiam Dictinio, et Anterio esse decrevimus.

9 Constituimus autem, priusquam illis per Papam, vel per sanctum Simplicianum communio reddatur, non episcopos, non presbyteros, non diaconos ab illis ordinandos; ut sciamus si vel nunc sciant, sub conditione remissi, tandem Synodica sententiæ præstare reverentiam.

10 Meminerint autem fratres et coepiscopi nostri enixè excubandum, ne quis communionem depulsus, collectiones faciat per mulierum domos, et apocrypha, quæ damnata sunt legant; ne communicantes his, pari societate teneantur. Quoniam quicumque has susceperint, certum est eos etiam graviore sententiâ retinendos esse.

11 Fratri autem nostro Ortygio ecclesias, de quibus pulsus fuerat, pronuntiavimus esse reddendas.

APÉNDICE III.

PREVENCIONES SOBRE LA CARTA SIGUIENTE.

El Cl. Padre Pedro Coustant, de la congregacion de San Mauro, hizo unas oportunas prevenciones ántes de dar la carta de San Inocencio en su ilustre obra de las Epístolas de los papas, que no sé por qué desgracia se halla sin continuar, pues no llega lo publicado más que al año de 440. Allí, pues, advierte que esta carta se dió incompleta ántes de Sirmondo, y

que efectivamente se encuentra de este modo en muchos MSS. de la coleccion antigua de los cánones de España; por lo que sospecho haberla cortado el autor de aquella coleccion, hasta que la halló entera en otros ejemplares antiguos de la misma coleccion, cuales son el Colbertino, el Coislino, el Urgelense, el Gerundense, y el de Ripoll; en cuya fe no dudamos ponerla toda entera.

Añade que en dos MSS. halló el título de *Toletana Synodo*, y no *Tolosana*; y que habiendo tambien en otros el nombre de *Toletana*, fué fácil que algunos sustituyesen *Tolosana*; pues aun en el cuerpo de la carta, donde se lee generalmente *Toletano concilio*, puso el MS. Corbeyense *Tolosano*: de este modo se introdujo en el título aquella voz, debiendo leerse *Toletana*, no sólo por la autoridad de los MSS. que lo ponen así, sino por las razones dadas desde la pág. 114.

En cuanto á la duda de á qué concilio toledano escribió San Inocencio, resolvió bien Coustant que debe entenderse el del año 400, no como actualmente congregado, sino de modo que el papa se diga haber escrito á los Padres que compusieron aquel sínodo. Véase nuestra disertacion I, des de el núm. 177, pág. 117. Lo más notable es que para deducir Coustant este concepto, se puso á tratar del concilio I, dividiéndole en tres partes, y diciendo que nadie habia explicado el modo de cómo pueden concordarse entre sí ni cómo se hayan de reducir á un mismo sínodo; pues hasta ahora sólo consta entre los eruditos que la regla de fe pertenece á otro concilio del tiempo de San Leon, y que erró el colector en ponerla bajo el título del concilio I. Añade que ni la tercera parte se une bien con aquel concilio; pero que todo quedará corriente si se aplican aquellas partes al tiempo de San Leon, poniendo un nuevo título que ofrezca allí, y no necesitamos dar aquí, lisonjeándonos de que hubiera hablado de otro modo aquel y otros clarísimos varones, si hubieran tenido delante lo dicho en nuestra disertacion. Luego para resolver que San Inocencio escribió á los obispos que concurren al concilio I de Toledo, no es necesario desnudarle, ni quitarle lo que los Padres le dieron. La carta toda entera dice así:



APÉNDICE IV.

CARTA DE SAN INOCENCIO PAPA Á LOS PADRES DEL CONCILIO I DE TOLEDO, SEGUN LA LECCION QUE RESULTA DE LOS MSS. DE SIRMONDO Y COUSTANT.

Innocentius universis episcopis in Toletana synodo constitutis, dilectissimis fratribus, in Domino salutem.

Sæpe me et nimia cum teneret cura sollicitum super dissensione et schismate ecclesiarum, quod per Hispanias latius in dies serpere, et citatiore gradu incedere fama proloquitur; necessarium tempus emerit, quo non posset emendatio tanta differri, et deberet congrua medicina provideri. Nam fratres nostri, coepiscopus Hilarius, et Elpidius presbyter, partim unitatis amore permoti, partim quæ laborat provincia pernicie, ut oportuit, excitati, ad Sedem Apostolicam commearunt, et in ipsosinu fidei violatam intra provinciam pacem, disciplinæ rationem esse confusam, et multa contra canones Patrum, contempto ordine, regulisque neglectis, in usurpatione ecclesiarum fuisse commisa, nec concordiam, in qua Fidei nostræ stabilitas tota consistit, posse retineri, cum dolore et gemitu prosequuti sunt. Quæ in consensu presbyterii actorum confectione retinentur, et possunt vobis lectione monstrari.

I.

Jam primum, quod ad ipsam Fidem attinet quod, Bælici vel Carthaginenses episcopi, propter Galliciorum communionem a pace omnium discederunt, orta dissensio est: quæ non solum non minuitur, verum etiam per dies singulos studio contentionis augetur, cum obtinendi proposito unusquisque quod voluit, æternum orbem male, et circulum quemdam de tali animositate fecerunt; cum utique bono cuique in rebus talibus vincere melius sit, quam malo more pravum propositum quod semel placuit obtinere. Nam quæ alia causa et superioribus temporibus illius Luciferi præter pertinaciam fuit, quæ eum retraxit a concordia illorum, qui Arianorum hæresim prudenti conversione damnaverant? Eodem studio post Priscilliani detestabilem sectam, omnium merito detestatione damnatam, receptos in Catholicam Fidem eos qui consilio saniori, conversi sunt, ægerrime aliquos tulisse cognovimus. Quibus factum utile et ipsam ecclesiarum pacem displicuisse detegitur. Nam cum unitatis proposito atque concordia, ipsi quoque Symphosius atque Dictinius damnantes pravam hæresim sint recepti, ut personis talibus amputatis extingueretur penitus innata dissensio, inventi sunt quibus recte

TOMO IV

facta ipsa correctio displiceret. Et nunc Ecclesiæ dissident, quæ non modica a se animositate dissimulant. Quod si saniore consilio a sacerdotibus fuisset custodita correctio, et status Catholicæ Fidei integer permaneret, et nullum scandalum concordiam rebus omnibus utilem corrupisset. Quæro enim, quare doluerint Symphosium atque Dictinium, aliosque qui detestabilem hæresim damnaverunt, receptos in Fidem Catholicam tunc fuisse? Num quod non aliquid de honoribus amiserint quos habebant? Quod si quos hoc pungit aut stimulat, legant Petrum Apostolum post lacrymas hoc fuisse quod fuerat. Considerent Thomam post dubitationem illam nihil de prioribus meritis amisisse. Denique David Prophetam egregium post manifestam confessionem suam prophetiæ suæ meritis non fuisse privatum. Quod et emendatio conversionis, et errores ipsos amputat, et retinet dignitates, quæ malum ratio est, viam recti et iter quod dirigat ad salutem, proposito pertinaciæ nolle retinere? Quare incumbendum est dilectioni vestræ, et bonis sacerdotibus adnitendum, quatenus præunte doctrina in unitatem Catholicæ Fidei omnes qui dispersi sunt, congregentur, et esse inexpugnabile unum corpus incipiat, quod si separetur in partes, ad omnes patebit lacerationis injurias, et ex sese pestem patietur internam, quando secum compago ipsa conflagit. Sed hæc generaliter de unitatis reformatione omnes, tamquam singulis scripta sint, accipiant sacerdotes. Dehinc in partes animum super omnibus dilectio vestra, quæ proponitur, intendat.

II.

Non enim latere potuit, quod Ruffinus atque Minicius Episcopi in alienis ecclesiis, contra Nicænos canones, episcopos usurpaverunt ordinare. Hæc ne quis sibi audeat vindicare saltem nunc a nobis est salubriter providendum, ne improba usurpatione dissimulatio in deteriori convalescat; et fiat de consuetudine regula, quæ non veniat ab ipsa, quæ litteris mandata est, disciplina. Qua in re Hilarii fratris et consacerdotis nostri querela primitus audiatur qui asseruit Ruffinum contra ecclesiarum pacem omni oppugnatione fuisse versatum, et dudum in Concilio Toletano erroris sui veniam postulasse. et nunc cum Metropolitanò Episcopo ordinandi sacerdotes Pontificium deberetur, contra populi voluntatem et disciplinæ rationem, episcopum locis abditis ordinasse, ecclesias scandalis miscuisse. Dehinc Tarraconensium Episcoporum est causa tractanda, qui pari modo Minicius in Gerundensi ecclesia episcopum ordinasse conquesti sunt, et juxta Nicænos ca-

265